

35. a. Cor. 11. Chrysolom. Interpret. Cum quis se laudat, ignorans potest videri. Hugo. Epist. 47.

Cogitur Paulus sui magnalia referre, & statim ait. *Vt minus sapiens dico.* 2. Corinth. 11. num. 23- seu, vt verit Interpres Chrysolomi apud Cornel. *Vt delirans loquor.* Cur gentium Doctor ait quod illa, vt minus sapiens dicat, & attestetur? sui eximia opera proferebat, & cum quis suas laudes decantat, vt minus sapiens videtur; Cardin. Hugo. *Vt minus sapiens dico. Scilicet dicere creator, quia Prouerb. 27. dicitur. Laudet te alienum, non os tuum.*

36. Psalm. 35. Superbia suae mentis, & inrell. 7n.

Ait David. Psalm. 35. num. 12. *Non veniat mihi pes superbia.* Cur non ait; non veniat mihi caput, oculi, ac manus superbiae, sed tantum pes; superbus non habet caput, vt se regat, nec oculos, vt se videat, nec manus vt se teneat, ac sustentet, sed tantum pedes, vt labatur, & non ait. Non veniat mihi pedes, sed pes, vt facilius in praecipitium ruat, ac cadat.

QUESTIO VII.

Quare Phariseus ait, quod ieiunat bis in Sabbatho.

37. Ephr. Ieiunium luxuriam perimit. Ambros.

IN Sabbatho, idest in hebdomada; Cum ergo Phariseus se ieiunatorem dicit, castum etiam se ostendit, carnis enim concupiscentia praenale non potest, vbi ieiunium regnat. D. Ephraem in Catena Graeca. D. Luc. *Adulterium a se crimen remouens, ieiunium iactauit.* Ieiunium enim luxuriam destruit, ac castitatem induit. D. Ambrosius serm. 23. *Abstinenciam indicamus corpori, ait, vt a vitis magis animam abstinere possimus. Fraxum enim quoddam est luxuriantis anime corpus exhaustum.*

38. Chrysol.

Ad quaestionem respondet. Primò. D. Chrysol. serm. 7. cum Phariseo loquens, ait. *Enastisti ieiunij pelagus, & in ipso portu ieiunij naufragasti, quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem, qui de Dei credito humanum negotium perfecisti.* Ieiunauerat homo, & tamen reprobarur, de ieiunio enim non vtilitatem animae, sed ostensionem captare satagebat. Perpende verbum. De Dei credito humanum negotium perfecisti. Reproborum est, vt virtutis opera ex Dei dono accepta, quo homo ieiunat, castitatem seruat, decimas praesoluit, ad temporalia negotia dirigat, ac ordinet, ita vt non lucrum animae, sed vanitatis ostensionem capter.

39. Euseb. Gal.

Secundò. Eusebius Gallican. serm. 6. de orat. *De domo Dei, ait, Phariseus nimis sibi securus praesumptionis reportauit offensam: odibile enim fecerat sacrificium orationis suae faetore iactantia.* Punitur Phariseus in perditionis exemplum, & tamen ieiunabat, decimas soluebat; vnde hoc: Ecce deploratum malum, quod parturit vanitas, & superbia, vt peccatorum remedia, & saluationis fontes, orationes nempe, ieiunia, ac decimarum solutiones in nociuum faetorem transmutet, vt in aeternam damnationem hominem demergant. *Odibile enim fecerat sacrificium orationis suae faetore iactantia.*

40. Homo sapè sua exigua in magnum appendit.

Tertiò. Ait homo. *Ieiunobis in Sabbatho, hoc est in sensu literalis in hebdomada, vt iam saepe dixi; tamen sensum moralem prosequor.* Quomodo potuit Phariseus in Sabbatho, ac vna die ieiunare bis? Tam superbus, ac vanus erat Phariseus, vt quidquid sui esset, in magnum appen-

deret, itaut vnum suum ieiunium veluti duplex iudicaret. Ait Achab ad vicinum suum Naboth. *Da mihi vineam tuam, daboque tibi pro ea vineam meliorem,* 3. Reg. 21. num. 12. Valde auarus erat Achab, quomodo meliorem vineam cum deteriore commutabat? Respondet D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 2. *Dives, ait, quod suum est, quasi vile fastidit: quod alienum est, quasi pretiosissimum concupiscit.* Sic tamen in rem nostram explico. Auarus, quidquid suum est, licet tenuissimum, tamen cum sub eius dominatione sit, valde magnum, & pretiosum credit. Vineam ergo Achab licet tenuis, ac deteriore alia esset, tamen cum sua existeret eam vberiore, ac locupletiore appendebat.

Reg. 21.

Ambros.

41.

Obtulerunt sacrificia Deo. Abel de primogenitis gregis sui; Cain verò obtulit de fructibus terrae munera Domino: Abel ex optimis, ac pinguis gregis sui. Cain vero ex vilioribus, ac deterioribus, hi enim vocantur in scriptura fructus terrae. Hoc docet D. Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel. Cap. 7. & 10. *Obrulit, ait, a fructibus terra, non a primis fructibus primitias Deo.* Idem etiam habet lib. 2. cap. 5. & 6. Philo lib. de sacrificio Abelis, & Cain. D. Athanas. & alij. Ait textus. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera illius non respexit,* Genes. 4. num. 5. Quo magno dolore vulneratus est Cain. Dicitur enim. *Iratu est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Affligitur Cain, ex eo quod sacrificium eius repudiatum est a Deo, cum esset ex deterioribus fructibus terrae; facile tamen adest remedium, fiat aliud sacrificium ex melioribus, ac excellentioribus, Cain vero hanc viam non sequitur, sed in fratrem exurgit, & ipsum interficit; Nam quamuis satis apertum esset, quod fructus oblatus a Cain essent tenues, ac macilentis, tamen cum sui existerent, ac sub eius potestate essent, ac ab eo dati, ita eos vberes, ac pingues reputabat, vt meliores dari sibi persuadere non posset, & ideo non de alio sacrificio, sed de fratre interficiendo cogitat.

Ambr.

Philo, Athanas.

Genes. 4.

Quilibet suum etiam tenuem magnum iudicat.

42.

Peperit Lia quatuor filios: Primogenitum Ruben, Simeonem, Levi, ac Iudam. Tunc Rachel cum se vidisset propriae sterilitatis probro affectam, mariti nuptias cum ancilla sua nomine Bala sollicitè procurat, vt ancilla suae è suo marito filios, quasi proprios adoptione faceret. Peperit Bala Dan; Rursusque Bala concipiens peperit alterum. Pro quo ait Rachel: *comparauit me Deus cum sorore mea, & inualui: vocauitque eum Nephtali,* Genes. 30. num. 8. Hugo Cardinalis. *Quomodo comparauit? ait, nondum enim aequata fuit sorori, quia Lia plures habebat.* Lia habebat quatuor filios naturales; Rachel verò duos adoptiuos. Lia habebat Ruben primogenitum, Iudam, regium Hebraeorum decus; Levi, in quo denotabatur Sacerdotalis, ac Pontificia dignitas, Rachel vero duos filios ex ancilla, tribu, ac conditione valde inferiores suos iudicabat. Quomodo ergo non solum ait. *Comparauit me Deus cum sorore, sed etiam inualui?* Rachel illos duos adoptiuos, ac proprios reputabat, ac proinde ei plures videbantur, quam quatuor naturales ex Lia nati. Duo illi ex ancilla geniti conditione, ac tribu inferiores, tamen cum Rachel eos proprios diceret, dignitate, ac excellentia praestantiores appendebat, quam reges, Principes, Sacerdotes, ac Pontifices; quilibet

Genes. 30. Hugo.

Quilibet suum minimum super Regum, ac Pontificum magnitudinem appendit.

quilibet sic ad suas res afficitur, vt quidquid sui est, etiam minimum, & seruile, super omnem Regum, ac Pontificum excellentiam appreciatur.

ignoscit. Et cum ait, *mibi peccatori; grauitè se accusat.*

QUESTIO VIII.

Quare Publicanus à longè stans in templo, non audebat oculos ad caelum leuare?

Luc. 18. n. 13. Et publicanus à longè stans, nolebat, nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum: dicens; Deus propitius esto mihi peccatori.

VERSIONES.

- Syriacus.** Ille verò publicanus stabat procul, nolebatque vel oculos suos in caelum attollere.
- Arabicus.** Non audeat oculos ad caelum leuare: dicens, Deus parce, quia sum peccator.
- Theophylact.** Tundeat pectus suum: dicens.
- Arius.** Percutiebat in pectus suum.

EXPOSITIO III.

43. Graecus. August.



T Publicanus. Graecus habet, ac publicanus; longè valde diuerso modo à Phariseo se habens. Nam Phariseus, vt ait D. Augustinus serm. 36. de verbis Domini. Ascendit orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, insuper & vt publicano insultare. At Publicanus ascendit, vt se humiliando Deum exoraret, & cum se peccatorem confitetur omnes in se illatas iniurias dissimulat, illisque parit. *A longè stans: à longè, ab altari scilicet sancto, quia ob peccata sua se indignum iudicabat.* D. Augustinus. citat. ait. *Cordis conscientia eum remouebat, pietas applicabat, Beda. Ut humilis non audeat, appropinquare, vt Deus ad eum appropinquaret.* Stabant Phariseus, & Publicanus; Phariseus erectis oculis in caelum, Publicanus verò incuruata facie, ac dimisso vultu. *Nolebat nec (vel) oculos in caelum leuare.* Arabicus. *Non audebant oculos leuare.* Se indignum iudicabat, vt caelum aspiceret, seu vt explicat D. Cyrillus in Catena. Non audebat sursum aspiceret ad sancta sanctorum, vbi Deus super Cherubim, ac propitiatorium sedebat. Caietan. & Iansenius hunc sensum sic explicant. Nolebat nec oculos quidem in caelum leuare, multo minus manus, quas Phariseus extollebat.

44.

Percutiebat pectus suum. In quo est cor, & voluntas, omnium criminum causa, & origo, de quo infra. Pectoris tunc signum est penitentiae, & cordis contriti. *Propitius, seu placatus, esto mihi peccatori.* Vilissimo scilicet, ac indignissimo, breuis, & efficax oratio, duobus tantum verbis vititur, vno quo se peccatorem confitetur, ac agnoscit; altero quo congruam medicinam à diuino medico expostulat; & ideo, vt notat Hugo, dicebat. *Deus propitius esto.* Deus qui solus potes me mundare; *Propitius esto mihi peccatori,* Beda; *Peccatum suum agnoscit, vt Deus*

Hugo.

Beda.

Ad quaestionem respondet. Primò Victor Africanus lib. de Penitent. cap. 16. habitus inter opera D. Ambrosii. *Ingressus, ait: Publicanus templum fuerat peccatorum motu decurata ceruice, & oculorum palpebris graui morbo iniquitatis compressis, caelum non audebat aspiceret, retro gradum timidus reuocat, & extremum se non tam loco, quam conscientiae iudicio sistit, vestigiis modum substrahit, publicat se verecundia reum.* Ecce verus penitentis habitus describitur in publicano, trepidus, timidus cunctatur, non audet accedere, & de curuata ceruice verecundia plena, non audet oculos in caelum leuare. Sic ante illum Esdras 1. cap. 9. num. 6. Deum precaturus dicebat. *Deus meus, confundor, & erubescio leuare faciem meam ad te; quoniam iniquitates nostrae multiplicatae sunt.*

45. Vict. Afric.

Penitentes ex suis peccatis verecundantur.

Esdr. 1.

46. Bernard.

Secundò. D. Bernard. serm. de quatuor modis orandi. *Vim, ait, faciebat regno calorum publicanus ille, qui dum non auderet oculos in caelum leuare, ipsum caelum ad se potuit inclinare.* Tam potens est oratio ipsa cum humilitate, qua oculi deieci erant in terram, vt caelum ad se potuerit trahere, & inclinare. Ob odoratum vitulum irascitur Dominus contra populum Israeliticum; atque Moyse. *Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Intentat Moyse auertere Dominum à furore: dicens: *Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruatorum tuorum.* Exod. 32. n. 13. Moyse fidelissimus Domini seruus, nullo ipso familiarior, itavt per quadraginta dies diuino colloquio fruere; Cur ergo non ait. Recordare Domine mei serui tui fidelissimi, cui promissisti terram Chanaan, qui ob exquenda tua mandata multa sustinuit? cur ergo Patres antiquos obicit: dicens. *Recordare, Abraham, Isaac, & Iacob.* Tanta humiliatis erat Moyse, vt se indignum iudicaret, quod suae preces a Deo admitterentur, & ideo aliorum merita exquirat, vt audiat, ac si nihil in se videret, quod Deo praesentare posset. Vt notauit Theodoretus quaest. 63. *Moyse, ait, non se idoneum existimauit ad placandum iram Dei, sed preces etiam eis obrulit faciens Patriarcharum mentionem, mira sane eius humilitas in hoc illuxit. Quid inde sequutum est? Placatus est Dominus ne faceret malum, Hebraizantes, propitiatione inclinatus est Dominus voce Moyse. Deus cuius potestas est infinita voce hominis inclinatur. Vox Moyse erat vox orationis cum humilitate, qua nulla merita in se videbat. Et vox orationis cum humilitate caelum Dominum ad se valet trahere, & inclinare.*

Exod. 32.

Theodor.

Heb.

Oratio cum humilitate caelum ad se inclinatur.

47. Euthym.

Tertiò. Euthym. *Nec oculos ad caelum volebat attollere sic ait: Non solum indignum se iudicans, vt prope staret, verum etiam vt in caelum intenderet.* Antequam oraret, in multis praemittit humilitatem, à longè stat, non audens accedere,

dere, nec oculos simul in caelum eleuare; humilitas enim virtutum fundamentum est. Ait Ioannes Apocal. 21. num. 2. Vidi Hierusalem nouam descendentem de caelo, a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Dicitur a Deo paratam scilicet charitate; ac omni genere virtutum, vt communiter explicant interpretes. Ornatam viro suo. Vt decebat scilicet immortalis regi Christo Iesu. Cur tamen Ioannes praposuit, quod viderit eam descendentem, & postea explicat, quod viderit paratam, ac condecoratam omnibus virtutibus, vt decebat veram Christi sponsam? Cur non prius videt paratam, ac ornatam, & postea descendentem? Descensus humilitas est, & vt sancta ciuitas, ac Dei sponsa omnibus virtutibus insignita apparet, prius in ea exprimitur humilitas, ex qua tanquam ex radice ceterarum virtutum fructus pullulant. D. Dorotheus Abbas de humilitate doctrine. Anima nostra, ait, si humiliter statim fructus edit, quanto plures fructus attulerit, tanto magis humiliatur.

Apocal. 21.

Humilitas virtutum radix, ac fundamentum.

Dorotheus.

48. August.

Non aspiciat, vt aspiceretur. Iob. 22.

Psalm. 130.

49. August.

Ex propria cognitione sic ascensus in caelum.

50. Apocal. 4.

August. Beda. Richar. Rupertus. Viegas.

Cognitio praeceptorum conuincit ad gratiarum actionem.

ratione in magnam gratiarum actionem se se diffundat. Rupertus ibi. Animalia, ait, plena oculis ante, & retro: id est sciunt unde veniant, & quo vadant: Scire namque unde veniant, multum valet istis ad profunda humilitatis custodiam. Scire autem quo vadant, profuit illis ad fortitudinem suam legitime custodiendam. De peccatis & vitiis veniunt, Mattheus de Telonio venit: vadit ad thronum istum dare gloriam, & honorem, & benedictionem cum animalibus sedenti super thronum: retro plenus est oculis humili conscientia recogitans quis, vel qualis fuerit; ante plenus est oculis, cum simplici gratiarum actione recognoscens, quid acceperit, & qualis factus sit. Vide supra cap. 18. n. 66. & cap. 22. num. 84. Vide multa tom. 1. & 3. verbo Cognitio.

Rupertus.

QUESTIO IX.

Quare Publicanus tantum percutiebat pectus, Dei clementiam exorans?

IN limine quaestionis ponderandum est, quod Phariseus multa a se facta commemorat. Ieiuno bis in Sabbatho; decimas de omnium, quae possideo. At Publicanus nihil eorum in medium adducit, sed tantum ait. Propitius esto mihi peccatori. Phariseus temporalia quaerebat, vanitatis ventos procurabat, & in eorum comparatione magnum rerum, ac bonorum dispendium faciendum erat. At vero Publicanus spiritualia dona aeternae vitae negotiatur, ac Dei gratiam postulat, & in huiusmodi negotio nihil expenditur, nihil perditur, sed omnia in aeternis thesauris sunt custodita; in temporalium comparatione multa sunt danda, ac persoluenda, in caelestium vero negotiis non dantur, sed accipimus; vt ergo optimi mercatoris munus fungi videamur, maxime huic negotio incumbamus. Huc respicit D. Basil. Seleucus. Oratio. 35. O publicanum, ait, clementia mercatorem: O Publicanum, qui de portu felicitatis recte vectigal petit; docuisti vectigalium redemptionem, iniuste violatorem; non desisti, vectigal poscere, dum Christum ipsum vectigalem fecisti, Ioseph. Matth. 27. num. 58. Accessit ad Pilatum, & petit corpus Iesu: Gratis scilicet. At Iesus triginta argenteis traditur Iudaeis a Iuda. Matth. 26. num. 15. Cur illic gratis; hic vero data pecunia? Ioseph corpore Iesus negotiatur aeternam salutem, Iudaei vero perditionem; salus autem gratis, perditio multis sumptis comparatur.

51.

Temporaria rerum dispensatio comparatur, non vero spiritualia.

Basil. Seleucus.

Matth. 27.

Matth. 26.

52. Basilus. Mutat mercaturam.

53. Zeno.

Vbi morbum, ibi medicinam applicanda.

vide vetus, & antiqua Christianorum consuetudo est, vt pro penitentiae signo pectus noxium tundant.

54. August.

Ingenue confessio peccati simpliciter facitur.

55. Hugo.

Confessio cum contritione, & satisfactione. Exod. 5.

56. Theophyl.

Conculcanda terra, vt ad caelum anima euolet.

57. Cant. 3.

Hum terrena concrematur, anima ascendit ad Deum. Hieron.

58.

Iud. 6.

Secundo. D. August. ferm. 8. de verbis Domini: Publicanus a longe stans, percutiebat pectus suum. Tundere autem pectus, ait, quid est, nisi arguere, quod later in pectore, & evidenti pulsus castigare peccatum, Stat Publicanus a longè, non excusans sua peccata, sed omnia confitens, non solum patentia, sed etiam occulta, & abdita. Evidenti pulsus occultum castigat peccatum. Ingenue enim confessio sine exultationis ambitu, patentia, ac occulta fatetur flagitia, vt omnibus allequatur sanitatis medicamentum.

Tertio. Cardinalis Hugo. Percutiebat pectus suum. Tria notantur, ait, in pectoris percussione. Est ibi laesio, per quam significatur contritio: est sonus, per quem significatur confessio: & manus appositio, per quam significatur satisfactio: haec sunt tres partes penitentiae: quae est via redeundi ad Deum, Exod. 5. num. 3. Deus Hebraeorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum. Percutit autem potius pectus, quam humerum, vel brachium, quia in pectore est cor, in quo denotatur discretio, ac prudentia, quam percutiendo excitat; quia omnis penitentia, prudentia, ac discretionem agenda est. Vide hoc tomo 1. 2. & 3. verb. Ratio, in Indice.

Quarto. Theophylactus: Publicanus, ait, docuit Phariseum percutiendo pectus, quid in actu orandi praecipue curandum, nimirum cordis contritionem, & affectum: percutit ergo pectus, quasi manu designans, unde oratio germana procedat, & vt cor ipsum, quod obdormierat, excitet Deo. Priusquam Publicanus ore, dicatque: Deus propitius esto mihi peccatori. Prius tamen percutit, ac tundit pectus, in quo sunt terreni affectus, quia vt contritio nostra, oratioque nostra ad Deum accedat, ipsumque solum respiciat, prius omnia carnalia desideria pessundanda sunt, vt calcatis, ac concrematis omnibus temporalibus, ab illis expeditus animus sublimis in Deum euolare valeat.

De dilecta anima sancta ait Christus Dominus Cantic. 3. num. 6. Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus? Cur anima sancta valde candida, & decora, quae astitit in vestita deaurato cum virgula fumi comparatur? Cur non potius cum virgula platani, vel floridæ amygdalæ? Virgula extenuata est; virgula autem fumi ascendit ex concrematis lignis, vel arboribus. Cum enim omnia terrena tanquam in holocaustum Deo concremantur, ac consumuntur, tunc anima ab illis extenuata, vel de sublimi ad Deum euolat. D. Hieronymus ibi: Bene, ait, quasi virgula fumi, quia diuinis extenuata disciplinis, & concremata intus in holocaustum incendio py amoris, & desiderio charitatis.

Fortissimus ille Samson Dalila gremio obdormiens, semel & iterum ligatus est funibus, ac corrigiis: excitatus tamen resumpto spiritu ex caelesti dono dato, sic rumpebat ligamina illa, quasi filum de stappa torum putamine. Tertio vero cum ipse obdormiret, ligati crines eius licio clauio fixi sunt in terra. Qui excitatus non ita facile resumpsit suum fortitudinis spiritum, sed consurgens a somno extraxit clauum cum crinibus, & licio, Iudic. 16. num. 14. Et tunc ab illis se expediuit, ac tanquam putrida comminuit. Primo, & secundo euentu diuino spiritu corroboratus ligamina facillime rumpit; non sic vero in tertio euentu. In hoc enim clauo adhærebat terra; diuinus au-

tem spiritus non communicatur menti terrenis rebus implicatae, & ideo prius separandus fuit a terra Samson, antequam resumpto suae fortitudinis caelesti dono ligamina illa contereret. Iochimus Abbas 1. exposit. in Apocal. Vnde, ait, & in praeiudicis duobus pugnis a principio, sed postquam a terra viscere clauum eductus. Vide in Indice verb. Contemnere.

Animus separandus a terra, vt diuina virtute induatur. Iochimus.

Luc. 16. n. 14. Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

VERSIONES.

Syriacus. Dico vobis: descendit iste iustificatus in domum suam potius quam Phariseus ille: nam quicumque se extollit deprimetur, & quicumque se deprimat, extolletur.

Theop. Vat. Iustificatus in domum suam magis, quam ille.

Euthymius. Potius, quam ille.

D. Chrysostom. Iustificatus super illum. hom. de Publ.

Tertull. lib. 4. Qui se humiliat alleuabitur, & qui se exaltat, destruetur. cap. 36.

Euthymius. Omnis qui se extollit deicietur, & qui se deiciat extolletur.

EXPOSITIO IV.

ICO vobis. Inter hos duos oratores fert Dominus sententiam declarans, cuiusnam oratio gratior, & acceptior fuerit Deo. Descendit hic, scilicet Publicanus post orationem in templo. Iustificatus ab illo; seu, vt alij legunt, magis quam ille; seu potius quam ille, seu plusquam ille. D. August. lib. 50. homil. 44. magis quam ille. Hebraei cum comparatio careant, pro gradu comparatio particula, ab, vsurpant; & quamquam aliqui Recentiores, vt Maldonatus, velint, quod recte ex hoc loco non significatur, aut Publicanum verè iustificatum fuisse, aut verè damnatum Phariseum. Tamen oppositum tenendum cum Patribus Augustinus citato loco, & epist. 86. ad Casulum, & ferm. 36. D. Paulin. epist. 58. D. Bernard. ferm. 33. de Annunt. Euthymius, Beda, D. Bonavent. & communiter Recentioribus Luca Burgens. Cornel. & etiam ipso Maldonato. Nam in Phariseo est manifesta multa arrogantia cum contumelia, ac detractione proximorum; quae est clara damnationis nota. In Publicano vero nihil defuit ad peccatorum remissionem obtinendam, est in illo eximius dolor cum magna peccatorum confessione, ac pro satisfactione verecundia. quae oculos nolebat in caelum leuare; dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Euthym. Qui se

59.

August. Hebr.

Maldon.

August. Paulin. Bernard. Euthym. Beda. Bonavent. Burgens. Cornel.

Euthym. adeo